

od puerse operandum maxime spectat. Inter hasce causas immateriales, peculiaris quorundam individuorum sensibilitas, & aegrotandi consuetudo, seu prompta motuum extraordinariorum, ob leuiore causas, suscepta repetitio & habitualis quasi continuatio, citra materialem noxam, aut vere praesentem, aut eiusmodi motibus minus dignam, quantum ego quidem sentio, primum locum occupant; his enim neglectis multa in morbis phaenomena vel plane non, vel difficulter satis explicari poterunt. Recte itaque fecisti, DOCTISSIME CANDIDATE, quod ex causis morborum immaterialibus, specialissimam aliquam, vitalem nempe reminiscentiam, inaugurali T V A dissertatione, uberius discutere, eamque tam rationibus, quam exemplis clarior reddere allaborasti. Plura iam peculiaris T V A E eruditionis & scientiae tam philosophicae, quam medicae, publice saepius differendo, dedisti specimina. Iam nouum addis, solida T V A dissertatione, quam ipsemet elaborasti, documentum, ex quo facile constare poterit, T E summos in arte medica honores, non pro more saltim consueto, sed iure optimo, adplaudentibus omnibus, qui T E norunt, cepessere. Faxit DEVS feliciter, T V I S que laboribus omnibus uberrimos largiatur fructus. Scrib. in Fredericiana ad d. XXIV. Aprilis C M D C C X L I I I.

DOCTISSIMO CANDIDATO

AMICO PERCHARO

S. P. D.

GEORGIUS THEODORUS SCHINEMANN,

J. U. D.

EGo vero magnopere laetor, quod tandem haec publica & longis votis iam expectata occasio mihi se obtulerit.

rit.